Vel.

℞. *Rad. raphani,ſem. atripl.an.℥ß.*
rad.aſari ℥ i.
decoque in oxymelite ſimp.colaturæ tepidæ ℔. ß.*datur.*

Sic decocto deficiente:

℞. *Oxymel.ſimpl. ſyrupi acetoſ. ſimpl. an.*℥ ii.
aquæ tepidæ ℥ iiii.*bibatur.*

In affectibus ſoporoſis & paroxyſmis epilepticis ex vitio ventriculi cauſſatis hiera ſimplex cum aqua tepida propinetur. Sed notare cõuenit ſemper, vomitoria tepida eſſe exhibenda, & ſi non ſtatim ſuccedat, tum vel penna oleo intincta, vel digito faucibus immiſſo, titillando, vomitum accelerare oportere, & ſi vires concedant, conſilio Hippoc. *c* corpus mouere. Vomitorio reiecto iuſcula pinguia exhibenda, vẽtriculus etiam fouendus, corroborandus. c 4. *Aphoriſm.2.*

De vinis medicatis & purgantibus.

Cap. XXIIII.

ETſi veteres iucundas, ſimulq; vtiles potiones ex vino iniectis aromatibus confecerint, à quibus aliquando etiam appellationes accepere, quæ vina factitia Tralliano dicta, de quibus Dioſcorides *a*, Plinius *b*, & Myrepſius *c*, qui pro affectuum diuerſitate plura propoſuit & propomata vocauit; quamuis proprie propomata Græcis fuerint dulces prælibationes ex vino & melle apparatæ, Aetio *d* teſte, quas in antecœnio voluptatis gra-

a *lib.5.*
b *lib.14.c 16.*
c *de comp. medic. ſect.* 38.
d *detrab.* 3 *ſerm.1.c.* 30.